



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1715. usque ad annum 1718

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1782

VD18 13322648

§. 56. Ejusdem summi Pontificis epistola ad Galliæ Episcopos Acceptantes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67649](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67649)

Sæc. XVIII. „compertum habemus, quam moleste
 A. C. 1716. „Tibi acciderit ejusdem Facultatis
 „consulta, ac impudentiæ plena agenti
 „ratio, ob quam sicut beneficiis ab hæc
 „sancta Sede olim obtentis exui, in
 „patrocinio tuo destitui jure meretur.

§. LVI.

*Ejusdem summi Pontificis epistola ad
 Episcopos Acceptantes.*

Epist. Clem. XI. p. 2179. Die autem vigesima Novembris Prae-
 tificus ad Franciæ Præsules, quibus
 sequioso animo ejus Constitutionem ac-
 ceptaverant, hæc perscripsit.

„Tertius jam annus præterit, e
 „quo nos Pastoralis non minus man
 „rs nostri debito admoniti, quam ca
 „bris variorum Catholici orbis Ant
 „tum, præsertim vero ex Fraternalit
 „bus vestris complurium precibus ex
 „citati: quin etiam piis ac sæpius re
 „petitis clar. me. Ludovici XIV. dan
 „vixit, Francorum Regis Christianiss
 „sini votis & officiis adducti, divini
 „imprimis præsidio tam privatis quam
 „publicis obsecrationibus implorato
 „curaque omni, studio ac labore, pro
 „rei gravitas exposcebat, diutissime
 „collatis, Apostolicam Constitutionem
 „quæ incipit: *Unigenitus Dei Filius*: ad
 „versus librum Gallico idiomate jam
 „priden

„pridem editum sub titulo: *Novum Testamentum Gallice, unacum Reflexionibus moralibus in quemlibet versum*, aliter vero: *Synopsis Evangelii doctrine, Actuum Apostolorum, Epistolarum D. Pauli, Epistolarum Canoniarum &c.* promulgavimus. Sæc. XVIII.
A. C. 1716.

„In hac porro Constitutione, ne prævus hic liber, longe antea a Nobis „damnatus, ementitæ pietatis specie „fidelium simplicitati posset amplius „illudere, quippe qui singula novi Testamenti loca perlustrans, ubique pro „pemodum in hoc ipso Divinæ veritatis agro perverfas opiniones, errores „que dispergit: excerptos singulatim, „ex eo, prout tam Rex, quam Antistites supradicti, enixe a Nobis postulaverunt, noxios quosdam Articulos „(quos magno quidem numero, non „tamen omnes, ne res in immensum ex- „cresceret, produximus) Censuris variis, quas respective, ut ajunt, hoc „est, singuli earum saltem aliquam merentur, inustos, usitato hujus sanctæ „Sedis more proscripsimus; ut ita vel „ex ipsa errorum colluvie in propatulo „posita agnoscerent omnes, quanto „demum veueno ejusmodi liber, tam- „etsi dulcibus subdole illitus fucis, non „modo conspersus, sed plane infectus „esset, nec quisquam deinceps, quod „frustra alias tentatum fuerat, eundem

Sæc. XVIII. „dem fatis emendatum fidelium mani-
 A. C. 1716. „bus obtrudere se posse confideret, hanc
 „siquidem unam esse sedandarum istius
 „turbarum rationem, nullumque aliud
 „ad obstruendum os loquentium iniqua
 „ac magis magisque Christianos popu-
 „los erudiendos, validius excogitari
 „posse remedium, tum iidem Antisti-
 „tes, tum memoratus Rex identidem
 „affirmaverant. Nec sane exigua optata
 „Pacis spes affulserat; cum, ut bene
 „nostris, singulari ejusdem Regis bene-
 „volentia, necnon multorum vestri Or-
 „dinis primum, qui Parisiis tunc ad-
 „erant, deinde etiam reliquorum, pau-
 „cissimis dumtaxat exceptis, obsequis
 „bonorumque omnium gaudio Consi-
 „tutio præfata excepta fuerit. Quid
 „enim, ut eos omnes probe agnovisse
 „non dubitamus, universa hac in re
 „egimus. Venerabiles Fratres? quid
 „tot tantisque laboribus, vigilis ac
 „studiis curavimus, aut intendimus,
 „nisi ut gravissimos errores, qui dare
 „in ruinam poterant plurimas Christi-
 „anes, Nobis cum reliquis omnibus
 „quotquot in mundo sunt, divinitus
 „creditas, radicibus convelleremus?
 „Quid aliud re ipsa præstitimus, nisi ut
 „perpetuis Romanorum Pontificum præ-
 „decessorum nostrorum exemplis infi-
 „steremus, & qua illi ratione inprimis
 „ad

„ad Majores vestros, inclytos illos Ec-
 „clesiarum Gallicanarum Præsules, fre-
 „quentibus Apostolicæ Sedis Decretis
 „atque rescriptis ex eadem & Nos Beati
 „Petri Cathedra traderemus & doce-
 „remus, atque universis Christi fideli-
 „bus fidentissime prædicaremus doctri-
 „nam Catholicam, quam sancta Ro-
 „mana Ecclesia, omnium Ecclesiarum
 „Mater & Magistrâ, semper tenuit &
 „docuit, atque integram adhuc inte-
 „meratamque custodit? Verum his om-
 „nibus adduci minime potuerunt No-
 „vatores, hoc est, perpetui Ecclesiæ &
 „Publicæ tranquillitatis perturbatores,
 „ut audaciam frangerent suam, decretis-
 „que nostris acquiescerent, cum enim
 „caligantibus oculis apertissimæ verita-
 „tis lucem ferre non possent, nihil pro-
 „fecto intentatum reliquerunt, quo ei-
 „dem & Apostolicæ Constitutioni te-
 „nebras, imo & venenum offunderent,
 „minime veriti, inaudita ac plane fu-
 „riosa temeritate adversus illam irruere,
 „scriptisque ac libellis innumeris in vul-
 „gus dispersis debitam ei obedientiam
 „impudentissime detrectare. Quo sane
 „facto, tamquam multa febre phrene-
 „tici, insanientes in Medicum, eo ma-
 „gis universo Christiano orbi demou-
 „strarunt, quanta vere esset mali gra-
 „vitas, adeoque & Remedii a Nobis
 „præ-

Sæc. XVIII.

A.C. 17 6.

Sæc. XVIII „præstiti summa necessitas, quod sine
 A. C. 1716. „tanto ægrotantium ac morbi vi deb
 „rantium fremitu, dolore, & ejulatu
 „adhiberi non potuit. In tanta porro
 „rerum perturbatione, gravissimo, quem
 „inde suscepimus, dolori solatium ad
 „tulit maximum, eximia pietas & re
 „gilantia Pastoralis supra centum
 „vobis præclarissimorum Antistitum, qu
 „solliciti servare unitatem spiritus in
 „vinculo pacis, atque Apostolicæ Se
 „di, unde vobis, propitio Christo, Re
 „ligionis fons, & origo manavit indivi
 „solubili nexu obstricti, sanam & or
 „thodoxam doctrinam in eadem nostr
 „Constitutione luculenter expressam
 „debita submissione amplexi fuerunt
 „non immemores, quod B. Petrus
 „qui in propria Sede vivit adhuc, &
 „præsidet, in accepta fortitudine Petrus
 „perseverans, suscepta Ecclesiæ guber
 „nacula non reliquit, præstatque qua
 „rentibus fidei veritatem. Et quidem
 „per hæc Episcopalis virtutis officii
 „omnis obmutesceret iniquitas, & fir
 „terna vestra concordia, veluti castro
 „rum acies ordinata terribilis esset iis
 „qui ex adverso sunt, nisi ex vobis pau
 „cis non satis attendentes, quam be
 „num, & quam jucundum sit habitare
 „Fratres in unum, in aliorum sollici
 „tudinis consortium venire, seque
 „Con-

„Constitutioni nostræ submittere adhuc Sæc. XVIII.
 „differrent; hac tamen tametsi pau- A. C. 1716.
 „ciorum cunctatione, ceterorum, tam-
 „etsi plurimorum, labor eluditur; dum
 „iniquitatis filii illorum, licet paucio-
 „rum authoritate, dignitate, ac nomi-
 „nibus freti, secum eos sentire audacif-
 „sime jactant, atque omnia sibi licere
 „jam putant. Hinc perniciosis errori-
 „bus inficiuntur simpliciorum animi,
 „præposteræ novitates inducuntur,
 „odia disseminantur, sacrorum præposi-
 „torum contemptus populis inspiratur,
 „bonorum nomen calumniis & conviciis
 „discerpitur ac ipsamet vera & Catho-
 „lica religio gravissimum in discrimen
 „adducitur. Quorum sane & similitum
 „vos de proximo testes estis, eadem
 „plures ex vobis, quominus sacerdo-
 „tali constantia improbarent, & redar-
 „guerent, nullis difficultatibus retar-
 „dari potuerunt. Hinc pariter animos
 „audaciamque sumpserunt degeneres illi
 „celebris facultatis Theologicæ Pari-
 „sienfis alumni, qui numero dumtaxat,
 „& arrogantia invalescentes, quasi eos
 „puderet Apostolicis paruisse Mandatis,
 „sibi que fas esset Constitutionem no-
 „stram arbitrari suo admittere vel re-
 „jicere, ad ea, quæ vobis nimium nota
 „sunt, devenerunt, quibus a veteri
 „sui cætus in hanc sanctam Sedem ob-
 „sequio

Sæc. XVIII., sequio se penitus defecisse aperte mo-
 A. C. 1716., strarunt. Hinc aliorum ex eodem
 „cætu doctorum, qui accepto a suis
 „majoribus more, obsequii hujusmodi
 „constanti devotione tenaces esse ve-
 „luerunt, injuriæ & vexationes inno-
 „meræ, hinc rerum ejusdem Facultatis
 „nomine nuper gestarum tanta con-
 „fusio & turpis inconstantia, hinc recte
 „sanæque sententiæ repudiatae. Hinc
 „falsorum, damnatorumque dogmatum
 „assertiones laudatæ, hinc denique
 „turbulentorum hominum intolerabilis
 „procacitas, qui suæ conditionis oblit-
 „levantes se super se, conatu nefario
 „& Ecclesiasticæ Hierarchiæ profu-
 „exitiali, contra ipsos Ecclesiæ Anti-
 „stites insurgere, & sacrosanctam ve-
 „stram dignitatem exagitare, & pro-
 „pmodum violare præsumpserunt; non
 „alia profecto ratione, nisi quia ve-
 „strum aliqui, quos satis laudare non
 „possimus, probe ac sapienter rati
 „deï puritatem in periculum adductum
 „iri, si venerabilis Clerus, a quo in re-
 „liquos Christi fideles doctrina manare
 „debet, illam modo e turbidis ejus-
 „modi Magistrorum fontibus hauriret,
 „ne suarum Diæcesium Clerici ad eos
 „accederent, provide interdixerunt.
 „Ad quam sane temeritatem coercen-
 „dam vehementer, ut par erat, exar-
 „simus.

„simus, atque animo Nobiscum repu-
 „tantes vindices nos, & assertores No-
 „stræ æque ac vestræ dignitatis esse a
 „Domino constitutos, non modo huic
 „sanctæ Sedi, imò & universæ Eccle-
 „siæ ab hominibus prædictis illatas
 „injurias ulcisci debere cognovimus,
 „sed & opprobria exprobandium vobis
 „cecidisse super nos existimavimus, ea-
 „que propterea decrevimus, quæ in
 „datis hac de re nostris in simili for-
 „ma Brevis literis videre poteritis, non
 „dubitantes, quin ea vobis satis grata
 „accidant, atque honorifica. Quo-
 „niam vero parvi refert mala germina
 „recidere, nisi radicitus evellantur, ut
 „tot malorum fomitem extinguere fa-
 „tageremus, dissidentes jam dudum
 „ex vobis Episcopos ad optatam cum
 „Fratribus concordiam revocare atque
 „ad debitam Constitutioni nostræ obe-
 „dientiam allicere omnibus hucusque
 „lenitatis ac patientiæ officiis, cete-
 „risque, quotquot Christiana & Pon-
 „tificia charitas suggerebat, argumen-
 „tis sedulo studuimus. Sed illis adhuc
 „pacifica hæc consilia respuentibus,
 „imposita Nobis Apostolici Ministerii
 „necessitate cogente, ita jam agere
 „constituimus, ut quos hactenus cha-
 „ritate emollire non potuimus, hos
 „tradita Nobis a Domino potestate per-

Sæc. XVIII.
 A. C. 1716.

Hist. Eccles. Tom. LXIX.

T

„disci-

Sæc. XVIII. „disciplinæ remedia excitemus. Cum
 A. C. 1716. „tamen valde æquum Nobis visum fue-
 „rit, hanc nostram deliberationem cum
 „omnibus, qui in hac Alma urbe sunt,
 „venerabilibus fratribus nostris S. R. E.
 „Cardinalibus communicare, ut in
 „tanti momenti negotio eorum opi-
 „nium consiliis uteremur, iidem rogati
 „suam Nobis sententiam aperire, om-
 „nes quidem propositum nostrum, ve-
 „pote integra undequaque justitia sub-
 „nixum, agnoverunt; illorum tamen
 „complures optare se dixerunt & im-
 „pense deprecati sunt, ut priusquam
 „susceptum consilium exequeremur
 „breves adhuc inducias concederemus,
 „quibus interim sacrum eorumdem
 „Cardinalium Collegium communi-
 „literas consilio, suasionibus, precibus
 „omnique officiorum genere plenas ad
 „amplissimi sui cætus spectabile Mem-
 „brum dare posset, iisque lucrari con-
 „tenderet Fratrem suum: quo scilicet
 „præeunte, merito sperandum esset, al-
 „lios quoque illi adhærentes Episco-
 „pos eandem viam esse iituros: quam
 „nos tanti apud Nos ponderis prece-
 „tionibus sincera charitate Fraternali-
 „tis expressis, tum pro ipsorum depre-
 „cantium dignitate ac merito, tum pro
 „rei, quæ petebatur, æquitate annuen-
 „dum esse existimavimus; ea præse-
 „tim

„tim spe ducti, ut qui alias non minus Sæc. XVIII.
 „pietatis & prudentiæ, quam filialis A. C. 1716.
 „in Nos, & hanc sanctam Sedem ob-
 „servantiæ, luculenta præbuit argu-
 „menta, eadem & nunc diutius a No-
 „bis desiderari minime sit passurus. Ce-
 „terum, ne paternæ charitati & sollici-
 „tudini nostræ per has ipsas inducias
 „reliquum quidquam faciamus (neque
 „enim, nisi inviti, & in multa animæ
 „nostræ amaritudine, canonicæ distri-
 „ctionis gladio manus admovebimus)
 „vos Fratres Venerabiles, quotquot
 „scilicet, Constitutionem nostram am-
 „plexi fuistis, ultro requirimus, ac in
 „Domino rogamus & obtestamur, ut
 „fraterni amoris stimulis incitati, quod
 „jam aliqui sæpius fecistis, iterum fa-
 „ciatis, hoc est, dissidentes Collegas
 „vestros nostro etiam nomine, conve-
 „niatis atque omnibus eos sacerdotia-
 „lis Zeli, & benevolentiae argumentis,
 „officiisque ad nostras potius, quam
 „alienorum voces audiendas excitare,
 „atque urgere non desistatis. Ponite
 „eis ob oculos, quam fæda sit hujusce
 „diffidii species, quantum inde Eccle-
 „siæ malorum discrimen immineat,
 „quantus bonis dolor, improbis læti-
 „tia proveniat; Heterodoxi vero quam
 „audacter vocibus libellisque sibi hac
 „de re gratulentur, ac triumphant; fa-
 „cile

Sæc. XVIII. „cile siquidem illorum quisquis perlu- „
A. C. 1716. „sum habebit, unum corpus, si separetur „
 „in partes, ad omnes patere lacerationis „
 „injurias, & ex se pestem pati inter „
 „nam, quando secum compago ipsa cor- „
 „fligit, exponite illis, quam altas inte- „
 „rim damnati errores radices figant „
 „quam gravis Apostolicæ Sedi irroge- „
 „tur injuria, cujus sententia adhuc de- „
 „citur in ambiguum, quam lata de- „
 „mum lugendo schismati aperiatur via „
 „quo inconsutilis Christi tunica in Ga- „
 „licana Ecclesia scindatur. Ostendite eis „
 „quod varietatem veritas (quæ e- „
 „simplex atque una) non recipit, „
 „abjectis dissensionibus, ea tandem „
 „quæ pacis & unitatis sunt, sincerè „
 „charitate amplectantur, vobisque hinc „
 „tantibus intelligant supervacaneam „
 „sefe operam dare novis fidei suæ for- „
 „mulis compingendis, quibus adstruatur „
 „se bene riteque de religione sentite „
 „quidquid enim in Constitutione nostrâ „
 „definitum est, si iisdem, aut paribus „
 „verbis complecti velint, frustra nova „
 „condent credendi formulas, si diver- „
 „sis, suspicionem movebunt, nec unquam „
 „quam se satis recte loqui, ac rectè „
 „credere comprobabunt. Eosdem de „
 „nique potissimum admonete, ne de vobis „
 „na erga nos observantia sibi frustra „
 „blandiantur, dum a Nobis postulatur „
 „novas

„novas, & prævias Constitutionis no- Sæc. XVIII.
 „stræ declarationes, cui debitam inte- A. C. 1716.
 „rim obedientiam deferre detrectant.
 „Si vere itaque veritatem diligunt, si
 „pacem quæerunt, si humilitatem se-
 „ctantur, si charitate moventur: ita
 „se gerant, ut cedat curiositas fidei,
 „cedat gloria saluti; quæ enim pate-
 „facta sunt, quæerere ac de iis, quæ
 „definita sunt, tractatum inire, quid
 „aliud est, quam de adeptis gratiam
 „non referre, sed ad interdictæ arboris
 „cibum improbos appetitus mortiferæ
 „cupiditatis extendere? illis propterea
 „sæpe alias, ac modo rursus denuntia-
 „mus, veræ contumaciæ loco a Nobis
 „haberi hanc eorum agendi rationem,
 „qua sane, si Episcopis singulis per uni-
 „versam Ecclesiam impune liceret dog-
 „maticis hujus sanctæ Sedis Constitu-
 „tionibus subjectionem protrahere:
 „(liceret autem, si hoc ipsum prædictis
 „dissidentibus Coepiscopis vestris per-
 „mitteretur) nemo non videt, quo tan-
 „dem Ecclesiæ unitas esset dilapsura.
 „Postremo venire vos vehementer opta-
 „mus, atque in Domino hortamur &
 „obsecramus, in alteram nostræ solli-
 „citudinis partem, qua iteratis, ac fere
 „assiduis postulatis apud dilectissimum
 „in Christo filium nostrum Philippum
 „Ducem Aurelianensem istius Regni
 T 3 „Recto-

Sæc. XVIII. „Rectorem, tum Romæ per dilectum
 A. C. 1716. „filium nostrum Josephum S. R. E. Car-
 „dinalem de la Tremoille, tum Parisi-
 „fiis per Venerabilem Fratrem Corne-
 „lium Archiepiscopum Carthagenensem
 „nuntium illic nostrum, instare hacten-
 „tus non desistimus, ut qui inter ce-
 „teras Regionum ponderum curas con-
 „servandæ quoque sacerdotali charitate
 „rectitudine studii spiritualis invigilans
 „pie, veraciterque considerans pacem
 „Reipublicæ ex Ecclesiæ pace pendere
 „pro singulari, quo flagrat Religio-
 „ardore, ac stabiliendæ concordie de-
 „siderio suam Nobis hac in re ferre
 „opem, ac profligandis hisce turbis
 „permovendisque Renitentium animis
 „se Nobiscum consociet. Vestram itaque
 „operam in hoc pariter advocamus
 „quo preces, suasiones, obtestationes
 „atque omnis generis officia apud eun-
 „dem Principem impense demissequi
 „adhibeatis, ut priusquam exitiale hoc
 „bellum intra Ecclesiam vehementius
 „invalescat, redintegrandæ unitatis co-
 „piam, Deo auxiliante, concedat
 „sciens Regni istius felicitati profur-
 „tum, quidquid Catholicæ paci bene-
 „ficia ipsius fuerit dispensatione colle-
 „tum. Nec sane dubitamus, quin pro-
 „eximia, qua pollet Prudentia, videat
 „quorsum tandem evasura sit hæc, non
 „jam

„jam opinionum dissensio sed in rebus Sæc. XVIII.
 „fidei sententiarum pertinax pugna, A. C. 1716.
 „quantumque in discrimen adductura
 „sit isthic Ecclesiæ & Reipublicæ tran-
 „quillitatem, nisi quantocius extingua-
 „tur; præsertim cum ipsum latere ne-
 „queat, bonos omnes summopere ve-
 „reri, ne dum a privatis Presbyteris
 „Ordo vester tam impudenter contem-
 „nitur, ac improborum artibus cultus,
 „& veneratio Christifidelium erga B.
 „Petri Cathedram adeo indies immi-
 „nuitur, hæretica lues, qua alias e
 „Galliis feliciter ejecta, novissime de-
 „functus Rex Christianissimus partam
 „sibi tot aliis nominibus gloriam nun-
 „quam interitura laude cumulavit,
 „veluti fractis aggeribus in florentissi-
 „mum illud Regnum iterum irrumpat,
 „ac divina & humana omnia perturbet,
 „ac misceat. Induite ergo vos Venera-
 „biles Fratres, armaturam Zeli & tan-
 „quam, Deo exhortante per Nos, stre-
 „nue in unitate Spiritus communem
 „nostram, imo verius Dei causam a-
 „gamus. Neque enim fas est in tanto
 „Dominici gregis discrimine silere Pa-
 „stores, cum vero sufficientiam nostram
 „ex Deo esse probe agnoscamus, effun-
 „damus primum coram Illo corda no-
 „stra, jugibus lacrimis & precationibus
 „clamantes, ut respiciens de cælo, & vi-
 „sitans

T 4

„sitans

Sæc. XVIII. „sitans vineas istas, superfeminata in
 „A. C. 1716. „ibi diffidorum Zizania penitus eve-
 „lat, detque voci vestræ vocem vir-
 „tutis: Renitentes autem Fratres Spi-
 „ritus sui dulcedine perfusos ad con-
 „cordiam flectat, atque ad obedientiam
 „adducat, in laudem gloriæ gratiæ
 „sux, ut omni denique contentione,
 „& æmulatione subnata, idipsum ob-
 „camus omnes, nec ulla sint sensuum
 „disputationumque certamina, sed uni-
 „ore honorificemus Deum, a quo gra-
 „tiæ vobis & pacis, & gaudii spiri-
 „tualis assidua implorantes charismata
 „fraternitatibus vestris intimo patrum
 „nostri cordis affectu Apostolicam be-
 „nedictionem impertimur.„

§. LVII.

*Sorbona a summo Pontifice
castigata.*

Dorsann.
t. I. p. 301.
Bull. magn.
Part. I.

Præter hæc literas insuper summus
 Pontifex Parisinæ Facultatis auda-
 ciam repressurus, die decima octava
 Novembris ad eandem literas dedit,
 in quibus haud ultra in minis hærebat
 sed in illos Sorbonæ Doctores, qui
 Constitutionem acceptare aut recusa-
 runt, aut factam acceptationem revo-
 carunt, pœnarum severitate animad-
 vertit: Hos ergo omnibus privilegiis,
 quæ